

P. Rinaldi Giovanni

Serbum Damin

Ecum
Ores
424
Genuense
Dossena

Verbum Domini

— VOL. 16 — 1936 —

(pp. 330-332)



Cur Nabuchodonosor somnii sui non tantum interpretationem sed etiam narrationem ab hariolis expetierit.

(DAN. 2, 1-5).

Notissimus est apud ipsos christifideles sacrae historiae studiosos, Nabuchodonosor regis casus, qui, prout Vulgata narrare videtur, terribilis, quod vidisset, *somnii oblitus*, hariolos omnis generis undique ex regno suo congregatos ad revelandum quid somnum continuisset, quidque per illud significaretur, adegit. Legimus enim (Dan. 2): « 1. In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidi Nabuchodonosor somnum, et conterritus est spiritus eius, et somnum eius fugit ab eo. 2. Praecepit autem rex, ut convocarentur harioli, et magi, et malefici, et Chaldae, ut indicarent regi somnia sua, qui cum venissent, steterunt coram rege. 3. Et dixit ad eos rex: Vidi somnum; et mente confusus ignoro quid viderim. 4. Responderuntque Chaldae regi syriace: Rex in sempiternum vive; dic somnum servis tuis, et interpretationem eius indicabimus. 5. Et respondens rex ait Chaldaeis: Sermo recessit a me; nisi indicaveritis mihi somnum, et conjecturam eius. peribitis vos, et domus vestrae publicabuntur ». Regem somnii oblitum esse ex v. 1. *Somnium eius fugit ab eo*, ex v. 3. *Vidi somnum et mente confusus ignoro quid viderim* et ex v. 5 *Sermo* (scil. « res somnii ») *recessit a me* colligi posse videtur. At num recta sit haec interpretatio, haud immerito dubitaveris; plures enim occurunt difficultates :

a) inepta respectu psychologico, ut aiunt, dicenda est haec arratio, quae somnum terrible (v. 1) tam unicum, mirabile, tam multis, iisque minimis, ex partibus completum (cfr. eiusdem capituli versus 31-35) cito in oblivionem venisse proponat;

b) somnio a Daniele patefacto (vv. 31-35), ne verbum quidem a rege, ut expectaveris, profertur, se somnii tandem recordari demonstrare;

c) absurdum videtur hariolorum responsum « Dic somnum servis tuis » (v. 4) ad regem, si vix hic affirmavit se « *somnium* quod vidisset oblitum » (v. 3);

locutioni
siit » ve
turbata
tationem

V. 1
לְמַלְאָכִים, pro
Scilicet : Imaginaria
nanter co
eandem vi
tes), id e
desit ».

V. 3
habet : יְמֵם
spiritus m
tatus est
eventus m
ideo cupio
nihil omni

V. 5
נְהַרְמָם, st.
significant
λεγόμ., loc
pauci codi
braeo-syro
eam vocer
me evanui
factum vid
tus, evulg
promulget
ad sequent

Totu
secundo (

(¹) Cf
adn. 1.

(²) Cu
institutione
producta s
aula regia
שְׁלֹשֶׁת, ut h

d) textus hebraici et aramaici, vi verborum, in illis vv. 1. 3. 5 locutionibus alia est significatio; scilicet v. 1. « Somnus (sopor) de-
siit » vel « somni [mei] facta est finis »; v. 3. « Vidi somnium et
turbata est mens mea, ut velim illud somnium (eius somnii interpre-
tationem) cognoscere »; v. 5 « Res mihi certa est... ».

V. 1 textus vulgatus habet bis *somnium*, at hebraice habetur pro priore
לְחֵלֶם, pro altero שָׁנָה, quod nullibi « somnium », semper « somnus » significat.
Scilicet: « Statim ac e somno rex evigilavit, hariolos etc. cogi iussit etc. ». Imaginaris Nabuchodonosor expergesfactum, valde commotum, tetricum, festinanter contionem praecipere. Vox vero נִיחַת (niphal pf. 3^a fem. radicis נִיחַת) eandem vim habet ac graeca ἐγένετο (ut hic habent LXX, textui mas. faven-
tes), id est *fuit, factus est*, ergo « completus, finitus est » vel « (somnus)
desit ».

V. 3 in fine pro pharsi *mente confusus ignoro quid viderim* (Vulg.), haec
habet: אֲתָה־לְדֹעַת אַתְּ־הַלְּוֹמִים רְחוּם ad verbum exprimenda: « agitatus est
spiritus meus, ad cognoscendum somnium »; quod interpretari potes: « agi-
tatus est spiritus meus, quia timeo ne eius cognitio (interpretatio) malos
eventus mihi sit nuntiatura »; vel melius: « mente (per somnum) exagitor,
ideo cupio eius interpretationem perspectam habere ». At de somnii oblitione
nihil omnino.

V. 5 habetur in textu mas. (aramaico): מִלְחָמָה מִנִּי אֲתָה־לְמִלְחָמָה. Prima vox (pro
אֲתָה־לְמִלְחָמָה, st. emph. לְמִלְחָמָה) significat « verbum » et extensive quaecunque verbo
significantur, ut « decretum, consilium ». Quoad ultimum, cum sit απαξ
λεγόμ., locus est dubio: sunt qui pro partic. femin. radicis μίλι (= μίλις, ut
pauci codd. ostendunt), Biblis prorsus ignotae, (cui tamen, collata stirpe he-
braeo-syro-arabica אֲלָל. « abeundi, evanescendi, deficiendi » sensus tribuitur)
eam vocem habeant, ac proinde « Verbum (= somnium?, eius memoria?) a
me evanuit » vertant. Melius tamen cum pers. azd « notitia » confertur, unde
factum videtur adiectivum aramaicum. vel « certus, irrevocabilis », vel « no-
tus, evulgatus, promulgatus » significans. Vertes igitur: « Verbum (hoc) a me
promulgetur » (¹) vel melius « Res mihi certa est », in utroque casu relate
ad sequentia.

Totum vero Danielis textum ita interpretari placet: « 1. Anno
secundo (²) regni Nabuchodonosor, somniavit Nabuchodonosor som-

(¹) Cf. E. KAUTZSCH, *Grammatik des Biblisch-Aramäischen*, 1884; § 38,
adn. 1.

(²) Cum Daniel eiusque socii non ante Nabuchodonosor regnantem
institutionem suam babyloniam iniverint (Dan. 1, 1-3) haec vero tribus annis
producta sit (1, 3, 18), ante tertium saltem huius regni annum completum in
aula regia stare iidem non potuerunt. Decidisse ergo ex hoc textu censem
שְׁרָה, ut habeatur « anno decimo secundo ».

nium, et conturbata est mens eius; et e somno expergefactus. 2. iussit rex cogi hariolos et vates et beneficos et Chaldaeos, ut explicarent regi somnum (³); qui venerunt regemque adierunt. 3. Tum ait rex illis: Somnium somniavi, quo turbata est anima mea, ita ut illud perspectum habere cupiam. 4. Responderunt Chaldaeai ad regem — Aramaicum [est quod sequitur] — (⁴) « Rex, in aeternum vive! Propone somnium [nobis] servis tuis et interpretationem eius indica bimus. 5. Et respondens rex ait Chaldaeis: Hoc mihi certum est: nisi indicaveritis mihi somnium et interpretationem eius, fore ut vos pereatis et domus vestrae funditus evertantur » (⁵).

Quaeritur ergo cur Nabuchodonosor ab hariolis non interpretationem tantum, sed et ipsius somnii expositionem postulaverit. Omnino clara videbitur regis agendi ratio facta consideranti. Nabuchodonosor somnium vidit, quod non penitus intellexit, ex quo tamen incerto occupatus est terrore, regisque sui sensit minaciter tumere negotia. Ei ergo maxime cordi fuit certum somnii sensum cognoscere. Clarissimos regni sui magos accersit, ex quibus interpretationem quaerit; at, quasi in eorum idoneitatis fidem, probabilisque de re magica scientiae, repetit ut primum, quid ipse vidisset, aperiant.

Claret per haec ipse Daniel propheta, qui, cum alienigenam regem adiret, non divinaturus tantum, sed Deum unum et verum praedicaturus, ei somnium, non quasi rem oblivione deletam, sed quasi secretam atque velamine obductam, detexit, ut posset ille, audiens quae sibi aperirentur, cum his, quae solus nosset, conferre, atque inde magnum, omnia scientem, ubique praesentem Deum Danielis agnoscere, fateri, laudare.

I. M. RINALDI
Sodalis a Somascha.

Clarasci, mense aug. 1936.

(³) T. plur. pro sing.

(⁴) **ঢ.** Glossa, a verbo *responderunt* seiungenda.

(⁵) Cf. GESENIUS-BUHL, *Handwörter*.¹⁷ s. v. **רָאַנְהַ** (aram.).

4

Verbum Domini

— VOL. 16 — 1936 —

(pp. 330-332)



6x

mimoG mimoS

... ego ... olov ...

Cur Nabuchodonosor somnii sui non tantum interpretationem sed etiam narrationem ab hariolis expetierit.

(DAN. 2, 1-5).

Notissimus est apud ipsos christifideles sacrae historiae studiosos, Nabuchodonosor regis casus, qui, prout Vulgata narrare videtur, terribilis, quod vidisset, *somnii oblitus*, hariolos omnis generis undique ex regno suo congregatos ad revelandum quid somnum continuisset, quidque per illud significaretur, adegit. Legimus enim (Dan. 2): « 1. In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnum, et conterritus est spiritus eius, et somnum eius fugit ab eo. 2. Praecepit autem rex, ut convocarentur harioli, et magi, et malefici, et Chaldae, ut indicarent regi somnia sua, qui cum venissent, steterunt coram rege. 3. Et dixit ad eos rex: Vidi somnum; et mente confusus ignoro quid viderim. 4. Responderuntque Chaldae regi syriace: Rex in sempiternum vive; dic somnum servis tuis, et interpretationem eius indicabimus. 5. Et respondens rex ait Chaldaeis: Sermo recessit a me; nisi indicaveritis mihi somnum, et conjecturam eius, peribitis vos, et domus vestrae publicabuntur ». Regem somnii oblitum esse ex v. 1. *Somnium eius fugit ab eo*, ex v. 3. *Vidi somnum et mente confusus ignoro quid viderim* et ex v. 5 *Sermo* (scil. « res somnii ») *recessit a me* colligi posse videtur. At num recta sit haec interpretatio, haud immerito dubitaveris; plures enim occurrunt difficultates :

- a) inepta respectu psychologico, ut aiunt, dicenda est haec arratio, quae somnum terrible (v. 1) tam unicum, mirabile, tam multis, iisque minimis, ex partibus completum (cfr. eiusdem capitinis versus 31-35) cito in oblivionem venisse proponat;
- b) somnio a Daniele patefacto (vv. 31-35), ne verbum quidem a rege, ut expectaveris, profertur, se somnii tandem recordari demonstrant;
- c) absurdum videtur hariolorum responsum « Dic somnum servis tuis » (v. 4) ad regem, si vix hic affirmavit se « ~~somnium~~ quod vidisset oblitum » (v. 3);

d) textus hebraici et aramaici, vi verborum, in illis vv. 1. 3. 5 locutionibus alia est significatio; scilicet v. 1 « Somnus (sopor) desiit » vel « somni [mei] facta est finis »; v. 3. « Vidi somnium et turbata est mens mea, ut velim illud somnium (eius somnii interpretationem) cognoscere »; v. 5 « Res mihi certa est... ».

V. 1 textus vulgatus habet bis *somnium*, at hebraice habetur pro priore טְהִלָּוֹם, pro altero שְׁנִינָה, quod nullibi « somnium », semper « somnus » significat. Scilicet: « Statim ac e somno rex evigilavit, hariolos etc. cogi iussit etc. ». Imaginaris Nabuchodonosor expergefactum, valde commotum, tetricum, festinanter contionem praecipere. Vox vero נִהְתַּחַת (niphal pf. 3^a fem. radicis הִתְחַת) eandem vim habet ac graeca ἐγένετο (ut hic habent LXX, textui mas faventes), id est *fuit, factus est*, ergo « completus, finitus est » vel « (sominus) desiit ».

V. 3 in fine pro phrasi *mente confusus ignoro quid viderim* (Vulg.), haec habet: תְּמֻכָּעַם רִיחֵן לְרֹעַת אֶת-תְּהִלָּוֹם ad verbum exprimenda: « agitatus est spiritus meus, ad cognoscendum somnium »; quod interpretari potes: « agitatus est spiritus meus, quia timeo ne eius cognitio (interpretatio) malos eventus mihi sit nuntiatura »; vel melius: « mente (per somnum) exagitator, ideo cupio eius interpretationem perspectam habere ». At de somnii obliuione nihil omnino.

V. 5 habetur in textu mas. (aramaico): מִלְתָּחָה מִי אֲזָדָא. Prima vox (pro מִלְתָּחָה, st. emph. מִלְתָּחָה) significant » verbum » et extensive quaecunque verbo significantur, ut « decretum, consilium ». Quoad ultimum, cum sit ἄπαξ λεγόμ., locus est dubio: sunt qui pro partic. femin. radicis אֲזָד (= אֲזָדָא, ut pauci codd. ostendunt), Biblis prorsus ignotae, (cui tamen, collata stirpe hebraeo-syro-arabica אֲזָד, « abeundi, evanescendi, deficiendi » sensus tribuitur) eam vocem habeant, ac proinde « Verbum (= somnium?, eius memoria?) a me evanuit » vertant. Melius tamen cum pers. azd « notitia » confertur, unde factum videtur adiectivum aramaicum. vel « certus, irrevocabilis », vel « notus, evulgatus, promulgatus » significans. Vertes igitur: « Verbum (hoc) a me promulgetur »⁽¹⁾ vel melius « Res mihi certa est », in utroque casu relate ad sequentia.

Totum vero Danielis textum ita interpretari placet: « 1. Anno secundo ⁽²⁾ regni Nabuchodonosor, somniavit Nabuchodonosor som-

⁽¹⁾ Cf. E. KAUTZSCH, *Grammatik des Biblisch-Aramäischen*, 1884; § 38, adn. 1.

⁽²⁾ Cum Daniel eiusque socii non ante Nabuchodonosor regnantem institutionem suam babyloniam iniverint (Dan. 1, 1-3) haec vero tribus annis producta sit (1, 3, 18), ante tertium saltem huius regni annum completum in aula regia stare iidem non potuerunt. Decidisse ergo ex hoc textu censem ut habeatur « anno decimo secundo ».

nium, et conturbata est mens eius; et e somno expergefactus, 2. iussit rex cogi hariolos et vates et veneficos et Chaldaeos, ut explicarent regi somnum ⁽³⁾; qui venerunt regemque adierunt. 3. Tum ait rex illis: Somnium somniavi, quo turbata est anima mea, ita ut illud perspectum habere cupiam. 4. Responderunt Chaldaeai ad regem — Aramaicum [est quod sequitur] — ⁽⁴⁾ « Rex, in aeternum vive! Propone somnium [nobis] servis tuis et interpretationem eius indica-bimus. 5. Et respondens rex ait Chaldaeis: Hoc mihi certum est: nisi indicaveritis mihi somnium et interpretationem eius, fore ut vos pe-reatis et domus vestrae funditus evertantur » ⁽⁵⁾.

Quaeritur ergo cur Nabuchodonosor ab hariolis non interpretationem tantum, sed et ipsius somnii expositionem postulaverit. Omnia clara videbitur regis agendi ratio facta consideranti. Nabuchodonosor somnum vidit, quod non penitus intellexit, ex quo tamen incerto occupatus est terrore, regnique sui sensit minaciter tumere negotia. Ei ergo maxime cordi fuit certum somnii sensum cognoscere. Clarissimos regni sui magos accersit, ex quibus interpretationem quaerit; at, quasi in eorum idoneitatis fidem, probabilisque de re magica scientiae, repetit ut primum, quid ipse vidisset, aperiant.

Claret per haec ipse Daniel propheta, qui, cum alienigenam regem adiret, non divinaturus tantum, sed Deum unum et verum praedicaturus, ei somnum, non quasi rem oblivione deletam, sed quasi secretam atque velamine obductam, detexit, ut posset ille, audiens quae sibi aperirentur, cum his, quae solus nosset, conferre, atque inde magnum, omnia scientem, ubique praesentem Deum Danielis agnoscere, fateri, laudare.

I. M. RINALDI
Sodalis a Somasca.

Clarasci, mense aug. 1936.

⁽³⁾ T. plur. pro sing.

⁽⁴⁾ Cf. Glossa, a verbo *responderunt* se Jungenda.

⁽⁵⁾ Cf. GESENIUS-BUHL, *Handwörter*.¹⁷ s. v. נַבְעָלָה (aram.).

Verbum Domini

— VOL. 18 — 1938 —

(pp. 43-46; 109-114)

Psalmus 49 (hebr. 50)

Summarium: 1. Notae introductivae. - 2. Divisio. - 3. Theophania (v. 1-6) -
4. De sacrificiis (v. 7-15). - 5. De lege morali servanda (v. 16-21). -
6. Conclusio (v. 22-23).

1.

Psalmus 49, (*Deus deorum Dominus*, in Brev. Rom. fer. IV, ad III Noct.) iis certe, qui « didactici » vel « sapientiales » veniunt, accensendus, docet « quomodo Deus colendus sit ». Forma tamen literaria ab ea qua carmina didactica librorum stricto sensu sapientialium gaudent, aliquantum differt, cum quidam « color lyricus » in psalmo ubique praevaleat; doctrina vero ipsa vividius per defectum reprehensionem inculcetur, quo tota compositio aliquo modo « iudicii coram tribunali Dei » repraesentatio evadat, atque aliquid « carminis dramatici » prae se ferat.

Notandum quoque est « incessum propheticum » in eo deprehendi (⁴), ex modo potissimum quo Deus ad iudicium properans offeratur, et ex soluta promptaque, interdum acri forma obiectationum, quin tamè alicui prophetae vel « prophetarum scholae » eum adscribere liceat. Nam illae similitudines e rerum convenientia et mentis israeliticae habitudine potius repetendae sunt, quam ex alicuius « scholae » vel « generis » principiis.

Inscriptio « Psalmus Asaph » e longe communiore sententia auctorem designat. Fuit hic genere levita, aequalis David, a quo cum Heman et Ethan coram tabernaculo constitutus est princeps cantorum (1 Par. 6, 32 ss.; cf. eiusdem libri cap. 15, 16, 25); ab eo orta est clara cantorum et musicorum familia. Eius nomine inscribuntur psalmi 49 (hebr. 50), 72-82 (h. 73-83), imaginibus copiosis, stylo vehementi ac turgido insignes. Quaedam psalmi partes aetatis vetustatem confirmant: sane haud ita multo tempore post aetatem davidicam Sion dici potuit « consummata pulchritudo » (v. 2; cf. Sam. 2, 15) nec sacrificiorum systema tam legitime et ad normam actum est atque in psalmo supponitur.

(⁴) Cf. GUNKEL-BEGRICH, *Einl. in d. Psalm.* (1933), p. 361 ss.

Sententia quae tenet voce סָבָבְלַי designari auctorem adhuc in meliore possessione manet, etsi ea significare possit psalmum eiusdem « generis » esse ac illi qui Asaph nomine recepti erant. J. CALÈS (¹) eum saeculo VIII adscribendum censem ex eius affinitate cum illius aetatis oraculis propheticis (Amos, Isaiae, Michaeae).

2.

Apte dividitur, ut iam notatio *Selah* (v. 6 et 15 LXX, Hier.) insinuat, in tres partes, quibus divinum iudicium instituitur et perficitur; quin immo recte possis psalmum vocare « Liturgiam iudicii divini », qua in tribunal ante Deum *iudicem* (v. 1. 6) *testes caelum adducuntur et terra* (v. 1. 4. 6) et *Israel reus* (v. 4. 5) ac *causa bipertito dicitur* (7-14; 15-23).

v. 1-6: iudicii institutio fit eo modo, qui vulgato nomine *Theophania* vocatur.

v. 7-14: *prima pars iudicii* docet minime solis ritibus externis, sacrificiis imprimis, Deum honorari.

v. 15-27: *secunda iudicii pars* ulterius progreditur, docens legem non observari, si tantum ore geratur: eius contra adimpletionem in opere legi conformato consistere.

Haec vero doctrina magis magisque definitis exprimitur enuntiationibus, ad quas fertur singularum reprehensionum obiectum.

a) Deo dona et sacrificia offerre non est ei aliquid dare quo indigeat.

b) Deus honoratur sacrificiis laudis et grati animi, quae omnia ex interiore corde procedunt.

c) Legem Dei ore efferre, eius praceptorum numerum perspectum habere (v. 16) non constituit legis impletionem.

d) Legem implet, ac proinde Dei sanctitatem honorat (v. 21) is qui eius mandata opere exsequitur.

3.

Inter Theophanias, quas plures exhibent s. Litterae, quae in nostro psalmo legitur est omnium brevissima. Commotiones naturae, quae in huiusmodi carminibus solent fuse describi, hic leviter tantum attinguntur v. 3; ex quorumdam sententia etiam v. 1b (« *tremit* » *terra*, *תְּחִזֵּקְנָא* pro *vocat terram*, *וַיִּקְרֹא*). Pressius contra notantur actiones Dei,

(¹) *Le Livre des Ps.* (Paris, 1936) I, p. 508.

qui loquitur (v. 1, 3) et advocat terram (v. 1), venit fulgere et tempestate circumfusus (2-3), iudicat (4-6).

- ¹ Deus deorum, Iahve locutus est
et vocavit terram
ab ortu solis
usque ad eius occasum.
- ² Ex Sion, consummata pulchritudine,
Deus splendet;
- ³ venit Deus noster
neque [amplius] tacet.
Ignis ante eum vorat
et circum eum fit procella valida.
- ⁴ Vocat caelum desursum
et terram, iudicaturus populum suum.
- ⁵ « Congregate ad me fideles meos,
qui sanciunt foedus meum sacrificiis ».
- ⁶ Et [ecce] celebrat caelum iustitiam eius,
nam ‘Deus iustus’ ipse est.

Selah.

1. *Ab ortu solis usque ad eius occasum* locum (omnes terras), non tempus (diei spatium), exprimit, ac respondet nostro « ab oriente ad occidentem ».

2. Verba מְכֻלָּבִים, litt. « plenitudo (?) pulchritudinis » e textu aequo referri possunt ad vocem *Sion*, vel ad *Deus*, ut vertatur « Ex Sion qui est plenitudo pulchritudinis (id est « pulcherrimus omnium montium ») Deus splendet » vel « Ex Sion Deus, qui est etc. splendet »: videtur tamen minus apte Deus iudex ratione pulchritudinis celebrari. *Sion* pulcherrimus praedicatur, quia Deo sacer; ita Is. 2, 2 vocatur omnium « altissimus ». Vox *splendet* significat « in splendore (ignis, etc.) apparet » vel « splendens procedit », ut Dt. 33, 2; Ps. 80, 2; 94, 1.

3. *Ignis* est fulgor; saepe Deus inter turbinem apparens dicitur (Ps. 17, 8-14 Vg.; Job. 38). *Fit procella* hebraice exprimitur voce impersonali verbi שָׁעֵר (*tempesta, es stürmt*); *valida* מְאֹד (adv.) « multum ».

6. *Deus iustus* scil. אֱלֹהִי מִשְׁפָּט (ad litt. « Deus iudicii, iuris ») ⁽¹⁾ propter אֱלֹהִים שִׁפְטָת « Deus iudex ».

Caelum et terra ponuntur pro rerum universitate, vel etiam caelum (v. 4, 6) pro caelitibus, angelis ⁽²⁾, « per terram synecdochice

(¹) F. BUHL, *Liber Psalmorum* (KITTEL, Bibl. Hebr.³), Stuttg. 1930; N. PETERS, *Das Buch der Ps.*, Paderborn, 1930.

(²) ZORELL *Psalterium ex hebraeo latinum*, 1928 h. 1.

intelliguntur terrae incolae, ab ortu inde ad occasum usque per totam terram dispersi » (¹). Saepe in sacris litteris Deus vel aliquis propheta eius nomine iudicaturus tali circumventus curia ostenditur. Ita Moyses: « Congregate ad me... et loquar audientibus eis sermones istos, et invocabo contra eos caelum et terram » (Dt. 31, 28). « Audite caeli, quae loquor; audiat terra verba oris mei » (ib. 32, 1). « Audite caeli, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est » (Is. 1, 2). « Audite, populi omnes, et attendat terra, et plenitudo eius » (Mich. 2, 1 cf. 6, 2).

Iam ex prima hac parte colligitur manifesta allusio ad foedus inter Deum et populum Israel, ad montem Sinai ictum (Ex. 19, 3 ss.). Ignis est fulgur, quo praecedente venit tunc Dominus ad pactum faciendum (Ex. 19, 16. 18; Dt. 33, 2); procella, communi theophaniarum sumpto vocabulo (Ps. 17, 8 ss.; Iob 38) designat probabiliter tronitrua (Ex. 19, 16). Maioris autem sunt momenti verba quibus ipsius Dei ore causa instituitur ac rei in ius vocantur: « Congregate ad me fideles meos, qui sanciunt foedus meum sacrificiis », scil. qui se fideles (« pios »: per ironiam) existimantes, putant foederi quod mecum icerunt, ideo se fidem servare, quod externa sacrificia mihi offerant. Foedus autem certe est sinaiticum.

Haec v. 5 interpretatio, quam e versione cl. P. VACCARI (²) colligo, magis proprie contextui aptatur huius psalmi, qui imprimis ad externum cultum, ab animi rectitudine seiunctum, condemnandum fertur, quam ea quae totum versiculum ad foedus sinaiticum refert: « Congregate..., qui pepigerunt pactum (= mecum, in Sinai) cum (?) sacrificio », quasi in « sacrificio » illud intelligendum sit quod Ex. 24, 4 b-8, scil. ritus foederis, narratur. In hoc enim casu sacrificia valde laudari videntur, quod minime erat iuxta auctoris mentem. Fateor tamen nullum me locum cognoscere ubi voci כהה sensus clare conveniat, scil. ad ultimum « (legem) observare », « (officia e foedere manantia) adimplere ».

Veteres exegetae explicaverunt interdum hunc locum de secundo Iesu Christi adventu, quae sequuntur vero de novo foedere veteri suffecto, deque sacrificiis abrogatis in eiusdem priore adventu. Cui sententiae favit ipsa verborum forma futura, qua usi sunt eius aetatis interpretes (manifeste veniet; non silebit; ignis exardescet; etc.) (³).

(¹) GEIER, apud ECKER, *Porta Sion* s. v. « voco ».

(²) *I Salmi* (Torino, 1936), h. 1.

(³) E. g. S. AUGUST., *En. in Ps. 49* (P. L. 36, 635); *De Civ. Dei* 20, 24 (PL. 41, 693).

usque per totam
aliquis propheta
litur. Ita Moyses:
ermones istos, et
». « Audite caeli,
». « Audite caeli,
s est » (Is. 1, 2).
do eius » (Mich.

allusio ad foedus
im (Ex. 19, 3 ss.).
us ad pactum fa-
muni theophania-
gnat probabiliter
enti verba quibus
ur: « Congregate
ificiis », scil. qui
tant foederi quod
na sacrificia mihi

VACCARI (2) colligo,
s ad externum cul-
tetur, quam ea quae
gate ..., qui pepige-
nasi in « sacrificio »
is, narratur. In hoc
erat iuxta auctoris
i voci בְּהָרִים similis
rvare », « (officia e

locum de secundo
vo foedere veteri
ore adventu. Cui
i sunt eius aetatis
rdesbet; etc.) (3).

4.

Prior iudicii pars respicit sacrificia, eiusque argumentum est Deo
nihil tribui oblati sacrificiis, quod ipsi tamquam proprium non per-
tineat.

- ⁷ « Audi, popule mi, et loquar;
[audi] Israel, et commonebo te:
Deus, Deus tuus ego sum !
- ⁸ Non ob sacrificia tua te obiurgo;
nam holocausta tua coram me sunt semper.
- ⁹ Non aufero e domo tua iuvencum
[neque] e saeptis tuis hircos:
- ¹⁰ nam meae sunt beluae silvestres
iumenta in montibus mille;
- ¹¹ novi omnia volatilia montium,
et quidquid movetur in agris meum est.
- ¹² Si esurirem, non dicerem tibi:
quia meus est orbis terrae et plenitudo eius.
- ¹³ Numquid comedo carnem taurorum ?
Num sanguinem hircorum bibo ?
- ¹⁴ Sacrifica Deo laudem
et persolve Altissimo vota tua.
- ¹⁵ Et invoca me in die periculi:
eripiam te et honorabis me ». Selah.

7 c. Hic versiculus cum Ex. 20, 2 convenit, ut alia quaedam huius psalmi
cum contextu illius loci, nisi quod pro priore בְּהָרִים legitur ibi יְהוָה (Jahve);
haec lectio originarie potuit et psalmo pertinere, quo in casu mutatio e psal-
terii historia repetenda esset.

8. *Ante me quia semper ea mihi offers.*
10 b. TM בְּהָרִים incertus est, cum מֵלֶא (mille) per se cum nominis
statu absoluto uniatur (unde DUHM (1) corrigit בְּהָרִים « in mille montibus »);

(1) *Die Psalmen*. Tübingen, 1922; h. I.

qui textus tamen a multis, nulla adhibita correctura, vertitur « in mille montibus », vel « (iumenta) in montibus singula millia »⁽⁴⁾ (quasi pro ingenio linguae hebraicae nexus genitivi pro adiectivo positus sit); alii « in montibus bovis » (= pecuariis; בָּשָׂר « bos »), magis consentanee cum grammaticae legibus, minus tamen cum sensu communi, ut iam senserunt LXX-Vulg., qui interpretationem inducere, ut videtur, conati sunt: « iumenta in montibus et boves ». E correcturis haud omnino sfernenda videtur quae ultimo נ suppresso legit בְּהַרְיָאֵל « in montibus Dei » scil. « altissimis » vel « meis » (?).

11 a. Longe probabilius cum LXX-Vg., Syr., Targ. legendum est *caeli* ubi TM habet *montium* (מַרְיִם).

11 b. *Quidquid movetur* est hebr. מַ, quae vox legitur tantum, praeter h. l., Ps. 80, 14. In lingua neohebraica est nomen alicuius avis (DALMAN). *Meum est*: ad litt. « mecum » vel « ante me est » quasi: in mea potestate, ad libitum meum sumendum.

12. *Plenitudo* alicuius loci est quod in eo habitat.

15 b. Selah hic additur e LXX et Hieron.

Huius loci doctrina ad duo capita reducitur, quorum prius negativum (vv. 8-13), alterum positivum (14-15) est.

A) Pars negativa cum non paucis ex utriusque Foederis locis cultum mere externum, id est ab internis actibus seiunctum, condemnat. Non queritur Deus sacrificiorum defectum, quin etiam ea sibi legitime dari concedit (v. 8); tantum docet sibi ea accepta non esse, quia cum animorum scelestae voluntate coniuncta.

Maxima sunt verba Samuelis, Sauli divinae reprobationis decretum significantis: « Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius ut obediatur voci Domini? Melior est obedientia quam victimae, et auscultare magis quam offerre adipem arietum » (1 Sm. 15, 22). Osee vero (6, 6-7) idem resonans: « Misericordiam volui et non sacrificium, et scientiam Dei plusquam holocausta. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi praevaricati sunt in me ». Magis perspicue et efficacius Michaeas (6, 6-8): « Quid dignum offeram Domino? Curvabo genu Deo excelso? Numquid offeram ei holocausta et vitulos anniculos? Numquid placari potest Dominus in millibus arietum aut in multis millibus hircorum pinguium? ». Omnium vocem quasi repetens et pro ingenio suo latius explicans Isaias (1, 10-17): « Audite verbum Domini principes Sodomorum etc. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus. Plenus sum. Holocausta arietum, et adipem pinguium, et sanguinem vitulorum, et

(4) « Bei Tausend » (DE WETTE: *Commentar über die Psalmen*, 1836); « a migliaia » (MINOCCHI: *I Salmi*, 1905).

in mille mon-
si pro ingenio
« in montibus
grammaticae le-
XX-Vulg., qui
in montibus et
no η suppresso
is » (?).
ndum est caeli

tantum, pre-
vis (DALMAN).
nea potestate,

um prius ne-

foederis locis
unctum, con-
uin etiam ea
accepta non

ationis decre-
et victimas,
dientia quam
rum » (1 Sm.
diam volui et
Ipsi autem
unt in me ».
dignum offe-
eram ei hol-
Dominus in
ium? ». Om-
xplicans Isaias
rum etc. Quo
Plenus sum.
vitulorum, et
salmen, 1836);

agnorum, et hircorum nolui. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quaesivit haec de manibus vestris, ut ambularetis in atriis meis? Ne offeratis ultra sacrificium frustra; incensum abominatio est mihi etc. Et cum multiplicaveritis orationem non exaudiam; manus enim vestrae sanguine plenae sunt ». Denique Ieremias (6, 20), ultionem Ierusalem minatus: « Ut quid mihi thus de Saba affertis? et calatum suave olentem de terra longqua? Holocausta vestra non sunt accepta, et victimae vestrae non placuerunt mihi ».

Reliquos non paucos locos brevitatibus studentes praeterimus. Huc non bene facit Am. 5, 21-25, ubi utique cultus externus reprobatur, sed quia Chanaanaeorum cultibus similis, potius quam eo quod mere externus sit.

Haec tam perspicue dicta mirandum est non itidem perspicue ab omnibus intelligi. Sunt quippe qui in aliquibus ex his locis, in nostro psalmo praesertim, duarum in re religiosa doctrinarum, vel opinio- num, inter se repugnantium, vestigium ac quasi documentum depre- hendere velint, quarum altera rituum externorum studiosa, altera ab iisdem abhorrens fuerit⁽¹⁾: Ps. 49, 7 ss. sacrificia ac totum templi cultum per se reprobari; praesertim vv. 12-13 « mordacia verba contra sacrificium »⁽²⁾ continere.

Haec non ita absolute dici posse e pluribus argumentis colligi- mus: nam sacrificia quae Deus instituisset, non potuit Scriptura qua talia reprobare. Certe illius religiosae dissensionis nullum exstat indi- cium in periodo praeexilica: psalmus vero cum illius temporis doc- trina (1 Sm., Os., Mich., Is.: vide supra) omnino consentit. Isaías, quem supra memoravimus, non « sacrificiorum institutum » qua tale condemnat, sed peculiaria sacrificia eorum, ad quos haec verba a pro- pheta referebantur: scelerorum enim oblationes sinceritatis defectu vitiatae erant; qui si prophetae doctrinae consensissent, huius acria verba minime fuissent necessaria⁽³⁾. Caeteri loci, imprimis clarus ac velut scalpro expressus 1 Sm. 15, 22, simili ratione e suo contextu intelligendi sunt.

⁽¹⁾ OESTERLEY and ROBINSON: *Hebrew Religion*² (London, 1937), p. 333 ss.

⁽²⁾ GUNKEL-BEGRICH, op. cit. p. 381.

⁽³⁾ Ita iidem OESTERLEY ac ROBINSON (p. 336), qui ideo de Mich. 6, 6-8 ac Ps. 49, 8-15 non eadem sentiunt, quod hos locos « seriores » habeant. De aetate psalmi vide n. 1.

Qui vocem *Selah* pro vocabulo ad artem musicam proprie pertinente sumunt (⁴), hinc concludere possunt veteres Israelitas hoc psalmo in Templi cultu usos esse, ac ideo haud sane in suorum rituum condemnationem eum accepisse.

Hi certe versiculi sacrificiis et ritibus externis generatim non ita multum indulgent; sed tunc tantum condemnant, cum de iis agitur, in quibus interna sanctitas cultum externum non comitatur; quod altera pars psalmi explorata ratione ostendit. «Mordaces» quoque quasi per irrationem dicti videri possunt; non tamen contra sacrificia per se, sed contra eos qui nimis materialiter ac credule — ut apud primitivos ac incultissimos homines deprehendere est — sacrificia «Dei cibum» putassent: quod ea verba ad litteram satis innuunt.

B) Pars positiva (14-15) eamdem doctrinam effert: Nam si *tōdah* est nomen cuiusdam generis sacrificiorum mosaicorum, iuxta etymon tamen significat «laudem (תְּהִלָּה II)»: sensus ergo hic sumi potest composite: «Si vis sacrificium offerre, fac id comitetur internus sensus laudis verae et plenae, ex devoto corde promanantis, quaeque in grato animo, adoratione, submissione, observantia morali constit»; utique legitima sunt sacrificia, dum a legis impletione, qui illa offert, nihil demat.

In *votis* autem *reddendis*, proprio vocabuli sensu habito, Deus operum bonorum ad quae Israelitae voluntarie (e. g. periculo devitato, prece exaudita) se obligaverant, inculcat: hic autem locus ad omnium communem significationem eamque contextui aptiorem, pervenire potest, si vota intelligentur omnes promissiones in universo, non a singulis tantum, sed etiam, ac potissimum, a toto populo Deo factae. Cumque in his ea imprimis extaret, quae quasi conclusio ac fructus foederis fuerat, cuncta, quae locutus esset Deus, faciendo (Ex. 19,8) — cuius promissionis signum facta est circumcisio (Gal. 5,3) — interpretari potes Deum his verbis observantiam repetere. «Redde illi gratiarum actionem et solve tributum oboedientiae, quod est praecipuum votum inter omnia vota tua, hoc enim promisisti, cum ad populum et familiam eius admissus es, et hoc ipse requirit, magis quam externa sacrificia»; (²) ad ultimum, adimple officia quibus lege tua obligaris.

Quae v. 15 confirmant, ac viam ad sequentia sternunt.

(⁴) Ut PETERS op. cit. (p. 118), qui תְּהִלָּה interpretatur «chori mutationem», scil. locum quo alter chorus desinit, alter incipit.

(²) S. ROB. BELLARM. *Explanatio in Ps., h. l.*

Alte
animis d

16

17

18

19

20

21

16 a
tant, quo
causam fi
vel minus
commend

18 a
aliisque,

18 b

19 a

20 a

legit בְּשַׁפֵּת

quae lect

ad male

21 c

oculos tu

Ex
utilitatis

cum pra

Vid

siores se
cognosc
innuebat

V.

5.

Altera pars iudicii internam religionem ac legis observantiam animis defigit.

¹⁶ *Et impio dixit Deus:*

Quid tibi, [quod] enumeras mandata mea
et effers foedus meum ore tuo,

¹⁷ dum odio habes monitum

et reicis verba mea post te?

¹⁸ Si vides furem, ‘curris’ cum eo,
et cum adulteris est pars tibi.

¹⁹ Os tuum dimittis ad malum
et lingua tua molitur dolum.

²⁰ ‘Turpia’ de fratre tuo loqueris,
filium matris tuae afficis ignominia.

²¹ Haec te faciente, ipse silui,
[ita ut] opinatus sis esse me similem tui:
[nunc vero] te corripi: in te inquiero coram!

16 a. Haud pauci etiam e catholicis hunc hemistichum additicium putant, quod non impiis sed populo suo loquatur Deus; dicunt autem eius causam fuisse, quod pio ac gentis suae amanti Israelitae cuidam sequentia vel minus apta, vel duriora in suos cives visa essent. Stichi tamen vetustatem commendant versiones.

18 a. *Curris*, scil. «societatem inis»; lege רְוִיָּה (רְוִיָּה) cum LXX-Vg. aliisque, ubi Masoretae habent רְצַחָה (רְצַחָה) «delectaris».

18 b. *Est pars tibi* (ad l. «tua»), scil. «usum, necessitudinem habes».

19 a. *Dimittis*: liberum relinquis, aperis.

20 a. *Turpia*: legendo scil. בְּשָׁת, ut aliqui proponunt (cf. 20 b), ubi TM legit תְּשֵׁב: «Sedes; in (=de) fratre tuo loqueris», vel «Sedens de fratre ecc.» quae lectio ideo probari potest, quod considentes in otiose loquendo facile ad male de fratre loquendum delabuntur.

21 c. *In te inquiero*, proprie «explico (litem, in chartis et palam) ante oculos tuos»: cfr. טְעַד מִשְׁׁבֵּךְ Iob 13, 18; 23, 4.

Ex populo suo quaerit Deus quid sibi velit, vel quid tandem utilitatis credat sibi obvenire e mere «pharisaica» legis observantia, cum praecepta re non exsequatur.

Videtur hic crassus eorum error detegi, qui ideo legis studiosiores se existimare potuerunt, quod Dei praceptorum numerum plane cognoscerent, ac legem saepius legerent (v. 16): legis lectio utique innuebatur, at non ea tantum. Cfr. Ps. 1, 2: «Beatus vir qui... in

lege Domini voluntas eius, et in lege eius meditatur [secundum etymon "susurrat, submisse enuntiat"] etc. ».

Reprehensionis tamen obiectum adhuc gravius est: quippe non solum eorum legis studium in mera materiali cognitione consistit, quin eam observent, sed opera faciunt quae ipsi legi repugnant. Fures, adulteri, maledici sunt, dolos, sicut laqueos qui avibus intenduntur, sermone molientes. Ritualismus ergo eorum non materialis tantum, sed hypocrita et veterator est; quem suo tempore Christus longissime amplificatum invenit.

Huius obiurgationis acerbitas aliam culpam revelat: fuisse Israelitas securos, sibi fidentes, quasi *legem* et *foedus* semper iactare sibi sufficeret. Cum enim Deus semper siluisset, liberum relinquens eorum voluntatis exercitum, et impunitum patiens delictum, « opinati sunt esse Deum sui similem », scilicet externa tantum sacrificia ipsum quoque probare, foedus sinaiticum exstrinsecus positum, quemcumque etsi mandatorum violatorem, dummodo sanguine israelitico ortum, inter fideles Dei foederi obligatos annumerari.

6.

Exsurgunt hinc praecepta positiva, quae brevi tantum enuntiantur.

²² Meditamini ergo haec, immemores Dei,
ne vos laniem, nec sit qui eripiat.

²³ Qui immolat laudem me honorat
et qui rectam carpit viam
ei ostendam salutem divinam.

22 b. *Laniem*: Deus saepe leonis imagine repraesentatur.

23. *Rectam carpit viam*: « recta » e voce verbali מִשׁׁרָה (« qui dirigit ») exprimenda est.

Ultimus versus doctrinam non multum dissimilem a v. 14 continet. Utique Deo offerenda sunt sacrificia, sed recta quoque via instituenda est: *via* autem est lex divina homini a Deo ad salutem praescripta; cf. Ps. 118, 1, ubi « *via* » est parallela cum « *lege Domini* »; Ps. 24, 8 etc. Sensus ergo est: qui duo haec facit: sacrificiis me honorat et officia sua implet, *salutem divinam videbit*, id est ea fruetur. Qui talia facit dabit illi Dominus fruendam salutem suam.

I. M. RINALDI
a Somasca

Verbum Domini

— VOL. 18 — 1938 —

(pp. 268-271)

... et quod dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus.

... et quod dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus.

... et quod dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus.

... et quod dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus. Et dicitur deus est lumen nostrum et lux in tenebris et tenebras non percepunt lucem quae dicitur deus.

Poenae Phoeniciis et Philistaeis denuntiatae

apud Ioel 3, 4-8 (hebr. 4, 4-8)

Tertium (¹) Ioelis capitulum, de iudicio divino futuro in hostes Israel agens, enunciata omnium gentium convocatione in locum iudicii (vv. 1-3), peculiare ultiōnis capienda exemplum proponit de vicinis gentibus (vv. 4-8), unde ad vindictam de omnibus sumendam (vv. 9-16) atque ad fructus praedicendos progreditur (vv. 17-21). Iudicium in gentes vicinas effata quaedam continet, quae non ab omnibus eadem ratione intelliguntur, quare hic breviter disputantur.

**

Versiculum 4 vertit Vulgata: a) *Verum quid mihi et vobis, Tyrus et Sidon, et omnis terminus Palaestinorum?* b) *Numquid ultiōnem vos reddetis mihi?* c) *Et si ulciscimini vos contra me,* d) *cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.*

Cum prima enunciatio late pateat, eius sensus non in se, sed ex contextu ad quem refertur, definiendus est. In sequentibus autem b et c Deus negat fore ut hostes theocratiae poenam effugere possint, quae negatio convenienter hic quoque intelligitur, si textus ad litteram vertatur, et pronomen primae personae pro iis quae eadem persona (Deus) factura est sumatur: *Quid vos ad me?* scilicet: *Quid putatis posse facere vos ad (= ut effugiatis) poenam, quam de vobis sumpturus sum?*

¶^{וְאַתֶּם} quod initio legitur, Vg. *Verum*, exprimit transitionem ad alia, vel digressum, quo sensu apud scriptores historiae latinos in usu est «sed», quasi «nunc autem» vel quid simile. *Quid vos ad me* est heb. ^{מִהָּא֤תֶּם לִי}, qui nexus, omnino singularis (²), non idem est ac duo alii usu communiores, ^{מִהָּ} cum uno vel duabus dativis (^{מִהָּלָךְ}) «quid rei tibi est quod... [צְ]

(¹) In plerisque edit. hebr. respondeat quarto; tertium heb. vero continetur Vg. 2, 28-32.

(²) Textus heb. est certus: cf. LXX, SYM. καὶ τί ὑμεῖς ἔμοι; THEOD. καὶ ἔτι ὑμεῖς ἔμοι; HIERONYMUS potius interpretatus est quam transtulit.

נִמְלָא לְבָנָה « quid mihi et tibi est? » = « Quid rei commune est inter nos? » vel « quid nostra refert? »), quorum sensus e contextu vel accentu desumendus est⁽¹⁾, sed in Vet. Test. ⁽²⁾ semper est negativus. Versio ad nostrum locum satis vulgata « Quid rei vobis mecum est? »⁽³⁾ neque distinguit inter מַהֲדָאתָם לֵי et מַהֲדָלָם לֵי, neque sensum clarum praebet. *Terminus*, scil. « praefectura » est לִילִיה, quod nomen notionem « circuli » continet, ut nostra *circoundario - Bezirk*. Ita vocantur Philistinorum praefecturae etiam Ios. 13, 2.

Quae sequuntur *b* et *c*, sensum habent negationis: minime fore, ut hostes de iis, quae (male) contra Deum egerint, Deo ipsi satisfiant, atque eius poenam novis iniuriis repandant; in textu autem haec interrogatione disiunctiva (« rhetorica ») exprimuntur⁽⁴⁾. In qua inde difficultas exsurgit, quod utraque pars idem significare videtur. Quod quamvis non sit contra rationem poeseos hebraicae, putamus tamen hic ταυτολογίαν vitari posse, si in priore quaestione voci גַּמְלֵי (subst.) sensus primitivus tribuatur « actionis », ac in altera voci (verb.) sensus derivatus « satisfaciendi » vel « rependendi », in priore relate ad praeterita, de iis quae Tyrii, Sidonii etc. hostiliter contra Deum (populum) egerunt, in altera relate ad futurum de iis quae ipsi, si temporis spatium daretur (quod negat *d*), facturi essent, ad vices Deo rependendas pro poena, quam vv. 7, 8 minitatur. Scilicet: *Actionis vestrae* (eorum quae inique egistis) *satisfactionem non dabitis mihi* (quod recusatis); (cum vero vindictam fecero) *non poteritis par mihi* (= poenae? cf. *a*) *reddere* (ratio et modus dantur infra).

גַּמְלֵי «actio, id quod aliquis facit»: Iud. 9, 16; Is. 3, 11; Prov. 12, 14. De mala actione saepissime venit eius stirps גַּמְלָא: Gn. 50, 15. 17; Is. 63, 7; Ps. 7, 5; etc. Particulae מַהֲדָאתָם לֵי, מַהֲדָלָם לֵי respondenti non semper antiqui vim propriam interrogationis disiunctivae retinuerunt; ut hic Vg. *et si* (cf. tamen Vg. Gen. 17, 17; Iob 11, 2; e sermone vulgari *et, aut*).

Postrema verba *d* novam periodum faciunt ac rationem subdunt, cur non possint hostes insanam ultionem quaerere, atque modum indicant poenae a Deo inferendae: poena est imminens (cf. v. 7); hostes idem

⁽¹⁾ Vide M.-J. LAGRANGE, *Evangile selon S. Jean* (1936), ad Ioh. 2, 4.

⁽²⁾ Iud. 11, 12; 2 Sam. 16, 10; 19, 22; 3 Reg. 17, 18 etc.

⁽³⁾ Recentissimi translatores XII Prophetarum TH. ROBINSON et F. HORST (*Die zwölf kl. Propheten*, Tübingen, 1936): « Ja, was habt ihr zu tun mit mir? »

הָגָמָל אֶתְכֶם מִשְׁלָמִים עַלְיֵי אֶסְרָגָמָלִים אֶתְכֶם עַלְיֵי

⁽⁴⁾

malum patientur, quod Judaeis patraverunt. *Celerrime* (brevissimo tempore) *faciam ut recidat vestra* (quae vos decet) *compensatio* (vel «ratio», i. e. poena) *super caput vestrum*. «Compensatio» seu «vices» (Vg. *vicissitudo*) est poena talionis⁽¹⁾, quae v. 8 praecise definitur venditione filiorum Tyri, Sidonis ac urbium philistaearum.

Celerrime; heb. **כל מחרה** sunt duo adverbia: *Vg. cito velociter*. Phrasis **השׁיב בראי** saepe adhibetur de satisfactione poenali ac vindictis.

**

Vv. 5 et 6, omnino faciles, hostibus culpas exprobrant: (ex hebr.)
⁵ *Vos enim argentum meum et aurum meum abstulistis et thesauros meos pulchros intulistis in delubra vestra, et filios Juda et filios Jerusalem vendidistis filiis Graecorum,* (quo factum est) *ut longe faceretis eos de finibus suis.*

5. *Vos enim*, a. 1. «qui», referendum ad Tyrios etc. in adiectivo «vestrum» (v. 4) virtualiter nominatos. *Thesauri* (Os. 9, 6; Is. 64, 10; Thr. 1, 10 etc.) iuxta etymon sunt «desiderabilia» (Vg.).

6. *הַיּוֹנִים* fuerunt originario Iones (ex Asia Min.), serius vero simpliciter Graeci (Zach. 9, 13; Dn. 8, 21; 10, 20; 11, 2). *Ut לְפָעֵן* habet vim consequitivam⁽²⁾ ac criminis gravitatem effert, cum servitutis atque exilii condicio «longe a finibus suis» (scil. «a patria», nam **גביל**, ut lat. *fines*, «terminum» ac «territorium» significat), Iudei personam et fidem opprobriis paganorum exponeret.

Denique vv. 7 et 8 praedicitur Deum mala, quae illi fecissent, rescißurum et vices hostibus redditurum esse⁷ *Ecce suscitabo eos de loco in quem vendidistis eos, et efficiam ut recidat poena vestra in caput vestrum.*⁸ *Et vendam filios vestros et filias vestras in manus filiorum Juda, qui venumdabunt eos Sabaeis, populo longinquuo. Nam Iahve locutus est.*

7. *Suscitabo* heb. respondet participio, quo exprimitur actio futura imminens; haec autem significationis differentia saepe particula **הנה** «ecce» confirmatur⁽³⁾. Ultima verba eadem sunt ac v. 4 d.

(1) Scil. «aequalitatis» quia «tale, aequale» malum infert ac crimen commissum; in sermone Medii Aevi «contra passus», id quod contra aliquis patitur.

(2) P. JOÜON, *Gramm. hébr.* 169 g.

(3) Id. ib. 119 n.

Ex
quaedam
eumque
num rer
eum esse
sua liber
iudicio s
rectiore
permittat
«oculus

Me

ae Ioel 3, 4-8

Celerrime (brevisimo
acet) compensatio (vel
« Compensatio » seu
, quae v. 8 praecise
arbitrium philistaearum.

Vg. cito velociter. Phrasis
ali ac vindictis.

exprobrant : (ex hebr.)
abstulisti et thesauros
et filios Juda et filios
actum est) ut longe fa-

rios etc. in adiectivo « ve-

s. 9, 6 ; Is. 64, 10 ; Thr.

).

n.), serius vero simpliciter

לְפָעֵן habet vim conse-

titutis atque exilii condicio

t lat. *fines*, « terminum »

dem opprobriis paganorum

mala, quae illi fecissent,
Ecce suscitabo eos de-
dat poena vestra in caput
estrás in manus filiorum
longinquo. Nam Iahve

exprimitur actio futura im-
aepe particula חִנְמָה « ecce »
d.

» malum infert ac crimen
sus, id quod contra ali-

Poenae Phoeniciis et Philistaeis denuntiatae Ioel 3, 4-8

271

8. *Vendere in manus*, מַכְרֶבֶּר de Deo tantum dicitur (praesertim in lib. Iudicum) ac fere significat « ad alicuius arbitrium relinquere » (cf. *preisgeben*). Sabaei Arabiam meridionalem incolebant.

* *

Vesiculus 1/5 nimis tenuis partis prae organizatione eminens

(cylps 10^a; 11-12) est cum parte organica per separata levigata.

nem concurrit (nivea 10^b; 4-9).

Aletus ventratus argumentatione est relatus Fabius, quae
et interest venenam inter et sulphurum: ex suis et sonis, annis 11
Exorn prolepton (v. 2), gavisus (ex phato) possibiliter (v. 10^a);
Sphenophorus capricornis (v. 2; 10^b), gavisus vinnius affinitate Indicus
(v. 12); Prostactiornis horwitzi (v. 5-6), gavisus
Prochilorum spes abyant (v. 13); appressum (v. 9), gavisus
Oppositus (v. 10, 14).

h. Relatio inter H. S. 100. et Nr. 49, 200. Variatione Abitur

non inspingit, quod v. 7-9 in Tenuis gavisus 19, 2. 9. 1^a-1^b

ponens differentias legimus, vel si concretum est et Abitur?

Tenuis Tenuis, cum Tenuis etiam in Tenuis non

variations, non in v. 7-10. Se Tenuis Tenuis, quae vix

habet variationem etiam vix Tenuis in nonne volvitur?

Exponit polliculus v. 7-9 Tenuis Tenuis s. 9. 10. iam quanto amorphus

Zoogonium, sub. a. 60, 5, rotundata, ut bene videtur 21, 1 (cp. 65, 2); hinc

widetur enim in Abitur spes flavigra, quod post a. 586 compositionem

mit (f. figura n. 2). Tali insinuations illae Tenuis non sunt tam

c. S. Brinckii, vel se Tenuis non est hanc Tenuis Zoogonium, hinc hacten in Nonnula' mai' Composita
et se paret se Tenuis Tenuis est ex myriach. hacten prima
aliquantum pura, et non multa non quoque spuma oculazione albita.
Se d'ago sell' amorphia non potest esse in 'officio' ne' populo charice,
cum cincto, non potest proximam in auctio Tenuis?.

Hacten se Tenuis, (1923) p. 52.

late summa

at 60, 3-

testinari

primum

figuris v.

facile v.

volvare

Aut se

non se

Adm

Antiquo-

vaticina

hi non

Respect

Ex. Ovule

Ex. Annot

20. Et.

5. Ex. 100. p.

Se minima

insinu-

Eosomil

hacten po-

guibus a

hahnen

Composita

et non

ascepti-

co

17)

S. Brin-

late successore: et bene coramitate 21, 1 ad 25, 1-1/4 tandem 66, 2 vero
ad 6, 3-12) portione conitur. Ad quod Abies 56. In nomine Domini,
tunc vero Abies optantur multum præsalve, nec ad alios
quæcumque illius loci autem sonum: postea dñe Ieronimus
finitus est versus inquit: utique i*q*ue i*q*ue possit pertinet.
Signis vero festi tunc hunc Abies cum hoc Ieronimus respondet;
hunc videlicet i*q*ui nomen domino*m*onstratio*n*um, ubi facta est
videlicet propagatio*n*um, alterum etiam*s*ed etiam*s*eruum*s* continue*r*.

Ac sic scilicet 10-15 quissem Ieronimis habilitate vitavit: scilicet
non se generali sententia, sed de propria tantum regni voluntatis
ad sanctum Ieronimum a certis propheticis omni*l*e sententi*o*,
antiquorum prophetarum sita et rursum contra nationes i*m*is*o*rum
vaticinaria seruire amiserat; quod subiungit et quoddam venio*n*um sibi
hunc non i*q*ui*n*issimum (cf. Jer. 23, 30).

Respectu*s* et litterario*s* haec pars Abies a filio*s* est collectio*n*ibus
et. Diamonstratio*n*em sententias (extatos) i*q*ue suntas agnoscit. I*o*.

E*g*. Amos legamus: vocare Babel Jo. 13*q*; I*o*. 50*q*; ecclesi. Moab Jo. 15
et. etc.

deinceps i*q*o

versus & contraria.

et annos*s* a*o* anno*s* a*o*

i*q*o;

et quodam*s* compositionem
et sententiam

et hinc

5 Eccl*o* 5 propheticæ. Monstratio*n* factio*n* pro*o* 586 predictionem
Se minor Esso*m*onitum impedit? Minorum populi contra colorum
imperium*s*?

Esso*m*onitum historicæ sunt ita est, ut polliu*n*us iniuvio*n* et
haec profecti*s* proficit, nam ex tantum se i*o* co*o*ntactus, i*o*ne
quibus cum ab*o*is gentibus aliquam i*o*li*o*monumentum*s* i*o*ne*s*
habuerunt. Primum tandem i*o*ij*o*nes cœpt*o*res amercant i*o*li*o*monumentum*s*
Esso*m*onites sive res*s*que gentes alio*s* coniuge*s* regi*s*, sive
et universali part*e* es*o* p*o*lementum*s* habu*n*co*m*on*s* qui*s*
et septempbigionum versus manus*s* e*o*nt*s* grandabant*(1)*; hinc o*o*
populo*s* choice,

(1) G. Ricciotti, Itineris S. Iacobe, II 56: 125

počínat est populuři A.B.S. / vznati etn. sítž Švajc. Segmentskis amis
cum veteris venuis Palestinae partitum Seminarem expert. sunt,
Tunc perturbati et cum alijs communis, ad ut pini adhuc - a ritoreis
et elek. et sportati, revera populus est Švajc., nec amplius cum
menem historie my muzit.

Munera sum faciem et hoc eum opere visionem, quae
non aetio stritior non futurum emendationem
producere intenit; cum vero emendationes populis omniatis
non aliud nisi, vel solita non excludit ad eum in partium
litionem referunt est. Eius operatione fortissimum est
firmitas ipsa in isto intuitu Dei, qui nos Iosephis
afficit, ut mala vero cunctam surget.

C. Montes Tolos Libri. Altera pars libri adhuc utrumque in tres sectiones subdividitur: secunda et tertia, quae secundum numerum etiam in tres sectiones subdividuntur. Secunda pars libri, quae secundum numerum in tres sectiones subdividitur, videtur esse in aliis libris, quae secundum numerum in tres sectiones subdividuntur, non nisi in aliis libris, quae secundum numerum in tres sectiones subdividuntur.

— 6 —

Worn to
propose
Committee
present
with
such for
grammatical
reference
etc.). Rec-
onclude
A brief re-
lief or
pence to
Burns &
instructions
tamer en-
Prophetic
historian
Empire
comes
ago in
particular
maths
objec-
in very
soon
fruit).
Simpson

probris amnis
exspectant, sunt
bestiæ avitribus
politus amnis

et res omnes ex operis ipsius pastificis complete consummabuntur. Vt. 1.15
Eborum tantum primitur, v. 16-21. sicut et propheta; v. 1. 5-7. q. proponit
propheta Eborum infinitum per g. autem, v. 18' eadem per mod. 1.20. ad
Eborum ita drakos vestitum, v. 16. ad Indos; v. 1.5. est. propheta sunt
proponit invenitum, v. 16-21. primum obiectum,
libet hic legitor, quod non paulo post a. 586 pertinente ecclesiis
scripti portavit; in ecclesiologia s. sunt extirpatione et monitione minima,
quoniam pueri iam superiori celsitate nata, ut conceptus ex calidius
liberentur (cf. Hab. 2, 16), "flammea et stipulae" (cf. Zer. 30; Zg. 3.8, 15.21.)
st. J. Raetorum v. 20 optime si essetis et "lippas exphicter.
Conclusionis ergo nihil agit, cur quodammodo partes libri qui
Abisse nominare negatus est, hinc prophetae abhinc sententia, atque
liber nonne operis constitutus negatur; nam et contrario non
pranca hanc habilitatis sententiam confirmant.

Si quis sectiones

216

non habet

ad hanc

216

non habet

III. Doctrina propheta Abisse contenta
Brevis Abisse liber in historicis solitaficio eius quo monitione
constitutus est; quoniam in se religioq. contentus;
Tamen ex genere alibi scripturae latentes sentent, conformat.
Prophetarum doctrina postea ex aliis quoniam rates occurserat
historice sequitur agit annos est mentis comprehendit.
Proprioq. loco parte prophetarum seu ex absolucione
omnium prophetarum concionatio est, ut quia omnium
ergo nomine, scilicet Pers. illius temporis dissimili. Pers.
postea summa partis ex sensu multoq. maior; ita vero
multo a Deo non agit, affine significare est. Si vita nostra
obligatae concipiabilitur, non Deus ab aliis sua metit
me cognoscere possit, vanula inter Domum et apud hunc
denuo. Cuiusmodi que enim ipsissimis Deo concretae res
fuit) mecumq. habemam, nonne evidentia est mutuus
Significativa.

At prophetae tam agusti, et circumscriptis doctrinis, origines
in crediditatem gregum reges influerant, regnamenta
Iudee Deum Deos iam aucta prophetae dominante estis in
religionem exterum refere conservaverat. Nam Iudaeum
magnum ex gentes, pro multis quoniam illa continebat
magentes regnunt (v. 1); pars Tauri Liban, quoniam tales
eum fecit Iudee (v. 2.8); et his Iudeus subiectus eius dicitur
Iudeus et Iudaeum iudei eis dicitur omnibus gentibus.
(v. 15).

Pro omib[us] utrib[us] inst[itu]tio Dei quod Abrah[am] dicit:
miser misericordia eius Dei inst[itu]tio recte compuncta, et iustitiae
eius in actu ubique seponit. Deus prophetas autem istitutum
magistrorum vocavit (v. 1), et non formavit (2-3); prava vero
ceptis cuius[que] ex ergo regnaret:

Hunc fecisti, flet h[ab]et:

autem tua scelera in cognitum tuum.

Nam autem h[ab]ebitis operi montem sanctum meum,
ita libenter omnes propheti constanter,
et libenter stabilebent

et timent ac si amissione entierint (v. 15-16; 1.6)

Plenus autem iusta iudicis regnamenta proceru[m], quae post
imperiosas parcas conseruaventur:

Iudei mortis fictione et salvatio
et initis locis sanctis,
et prophetant tractatæ
et apologetæ sunt. (v. 12)

Hic primi pars return mititer iudeum se mundis curriam
processus fuerit in futurum.

Primum Iudee omnium Deus predictor, non tamen in
nationes postea conseruato, quod unum Deum non agnoscat
magis uolent, sed illos a prophetis illuc transuertant, quod

metamorphosis
figurata, regnante
menta pro
obligatio
debet
in secula
receptio
receptio
ultimorum
receptio
Nam in
potius pro
renovatio
triumphi
enim ult
receptio pro
separatio
continetur
presenti: et
michi vel
ultimum
et regnante
Habent
sententias
est tamen
ad numer
statis, quæ
et regnum
cum proprie
habeat quæ

(1) Regnabile

→ *Abram*
containing
giant telons
sur chariots
-scripting).

mathematical methods which humanitatis were opposite,
Socratisque moralis, cum pars in omnibus omnibus funda-
menta present, concretata, et conscientia quilibet genitrix est
of living forms esse principia voluntatis (f. Proo. 1, 18 20.). Pars
genetivae omnivariabilis esse, atque inveniendi in creaturis
in secula perduceris velletur quod voluntatis invenit, in seculis
vocat: et manu lache dentes estis (v. 18), ut si quis althing aut
ultimum inveniret vices, plant illi prout remanserit
rebet et ligatur.

een street:
, rechtstroom
, rechtstroom
over en over

Want to / S-16; yd. 16
using, general post

Hab autem iste in me et in hostiis Dei nra, pagans
Seductores, consistat.
Sic tamen potius huius omnis quiescit in his: non omnes
ad unum concordem, sed si uitabiles, subiecti sunt ad
hunc, qui unum regnum constitutus; omnia in tribus
regnum autem Dei civitas (v. 21). quia 24 regni Dei & nomine regis
apud prophetas regnum quiescit mystice signari videntur.
Quia quiscumque erit, sed cum ceterum profectum

Concordia
prospero non

(1) De gueacli: logumtar, ut B. eyg. 26-27, præstekon. 27, 1; 2æd c. 3 etc.

draulis uno fluminis late, ita ut hillellus purpureus noster Christianus
nominare contatur.

IV De Fluminibus

Inter propulos qui omni tempore cum fractis meces. r. idem
aliquam habent, sapientiae proprietatis summi invenimus
qui etiam secum mystis p. 206 expressis agri prophetas
conducuntur. Quare vix historiq. hic summarum expeditum.

1) E. Somitium (ref. Horatiorum) et Melitiorum historicis futura
convergerunt; istiusnam iam admodum frequenti in medicina
whiisque gentis autumni, sene fer. 25, 27, narratio: Cum
manusigit Robes Thailis ergo ad secessum omniti sui
Sancti apostoli annum (v. 25), et Speculus San. Dominum...,
Se. Junius in utes omnis Higantibus, et propheticis astrik.
et. Quae sententia in utes his, et hoc propositum ventre his
sic sentit, per prophetam prophetam arguit, et maior
directus misericordia ita grossum apparetur paucum
Sancti Iusti omnia quae paravit.

Cum vero aucto convergent, "factus est San. vir grossus venustus, et
fons aquila; Jacob autem vir simpliciter habitatione habens uulnus v. 25,
segmentum tempore manu' sua San, cum iam venustus esset,

"resta fer. 25, 30 cygnorum uulnus est dolor.
Cum iam Jacob primam temeritudinem aperte conquisitus,
ac subtilissimum San. genige miti' hereticis postulat, scit
opus cum San. (Ser. 22, 39-40, inquit recentior thalici
tinctus interpretacionem);

Sue: absque frigidiis ferme
mitiles fui
stabam non se uolo.
flavido tuo non vides

Quae omni
nimbus,
Horatiorum
nisi omni
et prophetarum
Horatiorum
et prophetarum
mentis
parte agit,
charitate in
rebellentis
imprium
cipientibus

2) Potum

wontelit
monachis
et Melitiorum
memoria
cum, ab
oratio a
cristianis
inventum
ut. Potum

mitiles
stabam
non se uolo.
flavido tuo
non vides

et Christum
et fratris: two series,
futurum est autem eum in rebellariis⁽¹⁾
et exercitus regnum eius

Se omibus fratribus.

Quia omnia segmenta conformant: nam ut fratit Jacob et vir
simplicis, habentes in tabernaculo, ita multiplices series granum
Zionae non publicum suum constituerunt, ac regis coniunctio
non erat (Gen. 36, 32), sed in Palestina tamen fructus multis
et propagantibus quodammodo perimuntur, in famelice.
Zionaerum autem regis perit fructus et fructus, incolae eius
elegantes ruribus, ruribus ruribus, ruribus inveniuntur, ruribus
meatus puerulus causa incurrit. Impensis autem huius
post defatim huiusmodi, granum ruris regit, quae ruris
dicitur Jacob futurae multiplici: ⁽²⁾ Fructus hoc series, cum auctor
rebellariis, exercitus regnum eius se constitutus traxisse, ruris quoties
expansum fructus locorum, festis regis locis subiectus fuit,
cujusque ruris suis opibus sicciorum exanguit.

2) Postquam Jacob, fratris iam regius, in Memphis etiam
constabat, sicut habilitatem suam praecepit in terra Iudea, ubi
perniciione facta, fortuna suas impasse traxit:
et Habilitatis sicut in monte Iacob (Gen. 36, 8). Hoc nomine
societas sicut etiam suavitatem in se ad septentriōne ad
meridiem posita, iuxta M. Martanum et iuxtam Iheronim⁽³⁾
cum, ab occidente valle et -Arabia ad orientem primis levibus
arabis extinximine. Iheronai poterat regnum moestum
cristianum regis advenitum, etiam trans Jordanem et -Iudeam,
conqueriret, quae ruris monitione Eddon et Horatius multo
est. Postremus Iheronitas ruris fulment Petra, Phoenicia, Bosra, Tyros.

(1) nihil Tiberius, TH 77, alii in legibus antiquis videntur.

Woch. Samm. Abhandlungen empirische Wiss. et Prinzipien

(جیلیز - جنگل) تاریخ اسلام

Sem. 36, 10-18 progenies from mutation, inferior autum (36,
37-53) unrepresenting antipodalism crown regn, griseo-
marginata. Luminous counteradaptation probably regn. P. 16. Some
genes very soon were maintained, selection facts
etc. measurement, often shows no convenient relation.
From March has on Aug 9% regeneration, same generation,
for first year, by 12 days later probably over 100%
increased, however, still few mutations. No. 30, 16, 21; Nov.
No. 12, No. 10, 2, 28, 23, 38, - So definite from it previous
molecules obvious moment. To know tradition.

3) Cum Parviphysae folium ipsoeget (2 Jam. 8, 3-12), Vincetoxicum
temporis synanthropicum non; in meridionalibus plies as
Bellardia viscaria sive fermentaria quare Parviphysae ex
Habitaculo constitutive, pernitit (2 Jam. 8, 12-13). In usus hypostatico
per quem Parv. 3. trahit efta nullum principium
Exmittitur cases, ex qua securitas habet cum praevis
fingit in Cyathum, ubi a Phoenice longior exceptio
cum Cern feminina, rglis effusio, modum sumit
(3 Reg. 9, 11-12). Mortis Par. et Inf. A. V. ex Reg. 9.
xviij. et recuperatio resso a Labrador cognit (3 Reg.
9, 13), utrumque tamen hoc aspectus in, subtilior est
(3 Reg. 9, 25 lxx). Lute Labrador per Vincetoxicum hibernam obtinet
nam et emplum longior, propter pectum sublatis, quem praeter ab
orbi, usque hunc et in h. fine menses Fructu, in terra Thracie 21 (3 Reg. 9, 25
Rure monentem, tempe Vincetoxicum ex eius et in correspondencia
cum per eam aperte extensio ad nomen Adonis, etiam (3 Reg. 9,
quod perennientibus nonne parva clypeus omnes, quam clivitudo

Lobmon et al.'s for
monarchs
Portuguese
semi-intertidal
Carrizo Hts.
tannin ex.
Inram, 2000
and Ch. Boc
so may be
mushroom
fisherite
(263?)
near Rio
Peyron
Peru
present
present.

sangaber

utem (35,

qui
in fidei dñeis;
ad fact
multi visiter.

reverent,
mult. monst,
16. 22; 2nd.

3-12), Johannei;
legas
misteria eis
Licioane,.
temporat

principia
panis;
scriptio
scriptio
scriptio

et legato.

et (3 Reg.

littera est
unum optimi
mater ab
are et (3 Reg. 9. 26).

designabatur

in (Aida),

an alignment

lumen et reges Indiei habuerant, cum opere levi oritur (ignorar)
et alii suis trahere munis Corals et Antropiae mactum
mentatis (2).

Post regnum lumen subiectus alterna vice libratione et
semitonum respectu, decuper in annis fuerunt.

Cum Humanitas et Mabitis Propheta regi. Iuda (853-879)
felleum proponit porphyre vestimentum (2 Par. 20, 22). Postea
tunc expeditiois portiones peruenit, quaeum Propheta et
Iacob, rex Israel (852-872), consta Mala libatione surge-
nit (ib. Reg. 3, 8-22); vi Sutor rego tunc Indie ambulet. Hoc ist,
eo mecum in modum regnanti Iacob (859-873), postea Propheta,
me regni, mecum regna Indie regnat (ib. Reg. 8520 f; ib. Reg. 21, 8).
Feliciter vobis et progenies et posteritas regni India (892-

2692) officios eins Regis (269-232), qui postea Inde
regno Indicus restabit (ib. Reg. 11, 22).
Proponente in India Today (233-2482) exponunt lumen et
perpetuum omnes ex Indi et regnum Indiam auguramus
(2 Par. 28, 12).

Post finem regni, Israel (222), postmodum brotherus et
palauimenses pauperes pietatis, sub unitate castorum sororium
restituta via Egypti et Aegypti. Comunitatem subicit
fuerunt.

b) Postmodum temporibus, In caeruleum rebus in securum
lumen astutus, subiectum habebit his annus usque ad
anno factus est. Multa agmina, quae fabrikatorum locis
Iacobium (608-592) servit, associis genere ex Etoem adfrict
vi Sutorum (2)

(1) Prof. Salting, Bithches Brallution (Tübingen, 1931) p. vi. Han. Sch., n. b.
(2) h. Reg. 24, 2 sunt at. cum plurimum dñe in 878.

Anno 586, sum denzelum exagorazet, et sonite cum
Sanctis suis sancte omnia vobis habemus, preceps
In dies in sententiam regerunt, et loci suorum, quoniam
in eorum fuit portatae anathema (Hebreus apud Iacobum),
at haec autem, ut supra p. 125, exponit missio
relectio prophetica.

Makahorem, tempore locutionem dictam
ex e Hebreos sumo escharit (Hebr. 5, 1-3; 2 Mach. 12, 32) ^(v)
Propter et Hesecum successum genere Karacelum - locu-
tum frustis.

5) Interius indicatio quae propheta Exports fecerit, missionem
promissionem, quae post locum informatione, haec indicia iurabat
Ames (1, 11-12) ut Iacob (c. 35) postulat aut, quando pri missione
locum incivit, quod percutio et impunitus postulat omni (Israe) et
volunt missionem eius et tamen in loco prouo omni est
impunit missionem servavit usque in finem ⁱⁱ; quae huc
ministrare et confirmare ipsam in (alem) Theron et tempore
tunc aces Bonei ⁱⁱ, scilicet post locutione. Quies omnes
Tribus sunt facti, tamen (3, 5-8), missionem (v. 9-10), tunc
hunc (v. 11-15).

Exponent tempore postquam ad ea, quae post annabatur, cum loco
alem perire, alludente, omnes reportant et omnes ad hunc - Tenuis
(16, 15; 49, 2-22), Eschiel (25, 12-15) et ipse Abrah. 17. omnes et anti-
historias facilius intelliguntur, et secundante predicto ex parte
mea remm illa tempore postulat. Non tamen significat cum
softim postulat, restare tantummodum postulat nisi omnium problem
omnium et missionem exhibet, sed primum servamus quod ipsos et
hunc nonnullum coram dicitur. Alterus interpres

(v) Textus Josephi colligit in his. Miss. 2, 3, 9, cuy. E. Schuler Register.

12, 32) ⁽ⁿ⁾.

mission
Licia 'em ab
morning fri
men (Brazil) et
men et
same day
men et strong
miners
9-10, last

fur, our Son =
short-term
or marketing
of exports
with our
own problem,
our own
management
and our
own

Verbum Domini

— VOL. 21 — 1941 —

(pp. 99-107)



Danielis prophetiae apud S. Augustinum

Ex Patribus latinis integrum commentarium in Danielem unus S. Hieronymus scripsit, cuius opus continetur *PL* 25, 491-583.

Locos praecipuos tamen illius prophetae ex professo explicaverunt plus semel ceteri magni scriptores aetatis patristicae, cum mysteria non pauca de Christo deque Ecclesiae rebus futuris ibi sint annuntiata. Quod praecipue praestitit et S. Augustinus cuius hic sententia de prophetiis tum eschatologicis tum messianicis in Danielis libro scriptis, exponitur.

1. *Eschatologica*

Augustinus ea, quae circa ultima tempora futura sunt, non semel tangit, praecipue vero ea exponit in vicesimo libro operis *De Civ. Dei*⁽¹⁾ ubi integri capituli 23 obiectum sunt Danielis revelationes de hac re.

a) Imprimis quaestio fit circa Dan 7, quod continet visionem de quattuor bestiis et de Filio hominis. Hoc caput in editione Bibliorum Sacrorum, quam adparaverunt Scripturae Sacrae professores facultatis theol. parisiensis et Seminarii S. Sulpitii⁽²⁾, ita dividitur: « Describuntur quattuor bestiae (vv. 1-8), antiquus dierum et iudicium (9-12). Quarta bestia imperfecta imperium Filio hominis traditur (13-18). Daniel audit bestiis quattuor regna significari (19-24) et iudicio antiqui dierum victoriam sanctorum significari (25-28) ».

Quarta bestia describitur *terribilis atque mirabilis et fortis nimis, magnis dentibus ferreis et decem cornibus praedita* (v. 7), de quorum medio paulo post cornu aliud parvulum exoritur, *oculos quasi hominis habens et os loquens ingentia* (id est « horrenda »).

(1) *PL* 41, 657 ss.

(2) Desclée, 1927.

Quae regna illa sint, disputaverunt iam antiqui exegetae, ac ne nunc quidem catholici in unam sententiam convenient. Communior antiquorum sententia, quam hodie quoque multi profitentur, tenet ea esse regnum 1) Chaldaeorum, 2) Medo-Persarum, 3) Graecorum, 4) Imperium romanum cum regnis sequentibus⁽¹⁾. Alii vario modo regna distinguentes, tenent quartum regnum esse syriacum Seleucidarum, imprimis Antiochi IV⁽²⁾.

Ab omnibus tamen est admittendum quartae illi bestiae terribili atque aliis dissimili (v. 8) significationem altiorem aliquam inesse, in Antichristo quaerendam: qui utrum directe sit prophetiae obiectum, an typice (ita ut plene in eo maneant implenda, quae in Antiocho impleta non sunt) dependet a systemate quo quattuor regna in bestiis dicuntur significata.

Augustinus interpretationem directam tenet. « Daniel de... ultimo iudicio sic prophetat, ut Antichristum prius quoque venturum esse praenuntiet, atque ad aeternum regnum sanctorum perducat narrationem suam »⁽³⁾.

S. Doctor commemorat postea « quattuor bestias significantes quattuor regna.... ipsumque quartum a quodam rege superatum (?) cf. Dan 7, 8), qui Antichristus agnoscitur, et post haec aeternum regnum Filii hominis, qui intellegitur Christus » (ib.).

Imprimis versiculos 24-27 considerat, ubi *unus de assistentibus* (v. 16), id est angelus, mysterium quartae bestiae Danieli revelat et quidem praecipue undecimum cornu, scilicet alium regem (v. 24), post decem surrecturum, potentiores prioribus, sermones contra Excelsum loquentem, sanctos Altissimi conterentem, in cuius manu futurum sit ut cuncta tradantur *usque ad tempus et tempora et dimidium temporis* (v. 25); postea vero iudicium concessurum, ut auferatur potentia ab eo rege, ipse conteratur et pereat in aeternum, regnum autem et potestas detur populo sanctorum Altissimi. « Quattuor illa regna expsuerunt quidam Assyriorum, Persarum, Macedonum et Romanorum: quam vero convenienter id fecerint, qui nosse desiderant, legant presbyteri Hieronymi librum in Danielem, satis diligenter eruditique conscriptum. Antichristi tamen adversus Ecclesiam saevissimum regnum [hic describi], licet exiguo spatio temporis sustinendum, donec Dei

⁽¹⁾ A. BEA, *Quaestiones.... in librum Danielis* (Romae, P. I. Bibl., 1933) pag. 43 ss.

⁽²⁾ A. BEA, l. c.

⁽³⁾ *De Civ. Dei* XX, 23, 1, *PL* 41, 694.

ultimo iudicio regnum sancti accipient sempiternum, qui vel dormitans haec legit, dubitare non sinitur »⁽¹⁾.

Tempus quoque, quo Antichristus regnaturus sit, Augustinus putat a Daniele designari: « *Tempus quippe et tempora et dimidium temporis* (7, 25) annum unum esse et duos et dimidium, ac per hoc tres annos et semissem, etiam numero dierum posterius posito dilucescit, aliquando in Scripturis et mensium numero declaratur»⁽²⁾. Numerus dierum quem dicit posterius positum esse habetur Dan 12, 11: *Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium et posita fuerit abominationem in desolationem, dies mille ducenti nonaginta*, qui sunt fere $3\frac{1}{2}$ anni. Mensium autem numerus continetur Apoc 11, 2; 13, 5: *Civitatem sanctam conculcabunt mensibus quadraginta duobus*, etc. « Videntur.... tempora indefinite hic dicta lingua latina, sed (in textu) per dualem numerum dicta sunt, quem Latini non habent. Sicut autem Graeci, ita hunc dicuntur (a Hieronymo) habere et Hebraei. Sic ergo dicta sunt *tempora*, tamquam si dicerentur *duo tempora*»⁽³⁾.

Cum *parvum cornu*, qui est Antichristus, in capite bestiae apparuisset, ceteris decem cornibus adhuc subsistentibus, putabat Augustinus nondum suo tempore instare finem, « non existentibus tot regibus in orbe romano ». Attamen dubium exoriri poterat ex modo quo prophetia de 10 regibus intellegitur. « Quid... si numero isto denario universitas regum [hoc est tota series regnorum, non simul, sed successive considerata] significata est, post quos ille venturus est; sicut millenario, centenario, septenario significatur plerumque universitas, et aliis atque aliis numeris, quos nunc commemorare non est necesse? »⁽⁴⁾.

b) Ad finem quoque mundi, quem universorum resurrectio mortuorum antecedet, Augustinus trahit ea, quae Dan 12, 1b-3 scripta sunt: non tamen scire possumus — quod magis hodiernum interpretem iuvaret, cum hodie quoque exstet hac de re gravis quaestio — quomodo S. Doctor haec de fine mundi dicta cum iis quae eadem visione capp. 10, 11 ab eodem propheta dicuntur, et quae ad regna helle-

(1) Ib. col. 695.

(2) Ib. col. 695.

(3) Ib. col. 695-96. Attamen erravit S. Doctor, cum nec TM nec versiones graecae dualem habeant, sed pluralem: *τριή μέρη γένεται τούτη ημέρα καὶ καιρῶν καὶ γε ἡμίσυ καιροῦ* (THEOD.); *ἔως καιροῦ καὶ καιρῶν καὶ ἔως ἡμίσους καιροῦ* (LXX, Dn 7, 25).

(4) Ib. col. 696.

exegetae, ac ne
nt. Communior
tentur, tenet ea
3) Graecorum,
Alii vario modo
iacum Seleucida-

lli bestiae terri-
aliquam inesse,
phetiae obiectum,
uae in Antiocho
regna in bestiis

aniel de... ultimo
e venturum esse
erducat narratio-

stias significantes
superatum (? cf.
aeternum regnum

s de assistentibus
Danieli revelat et
gem (v. 24), post
contra Excelsum
manu futurum sit
dimidium temporis
ratur potentia ab
regnum autem et
or illa regna expo-
et Romanorum:
ant, legant presby-
er eruditique con-
vissimum regnum
ndum, donec Dei

nistica, imprimis ad impii Antiochi IV Epiphanis regnum certe trahenda sunt, coniecti putaverit.

« Sententiae illi evangelicae (Io 5, 28 s.) — ait — est locus iste simillimus, de resurrectione dumtaxat mortuorum corporum. Nam qui illic (scl. apud Io) dicti sunt esse *in monumentis*, ipsi hic (Dan 12, 2) *dormientes in terrae aggere*, vel, sicut alii [Hieronymus] interpretati sunt, *in terrae pulvere* [ita Vulg.]. Et sicut ibi *procedent* dictum est, ita hic *exsurgent* (Dan 12, 2; Vulg. *evigilabunt*). Sicut ibi: *Qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui autem mala egerunt in resurrectionem iudicii* (Io 5, 29), ita et isto loco: *Hi in vitam aeternam et hi in opprobrium et confusionem aeternam* (Dan 12, 2; paulo aliter in Vulg.). Non autem diversum putetur, quod cum ibi positum sit: *Omnes qui sunt in monumentis* (Io 5, 28), hic non ait propheta *Omnes*, sed *multi dormientium in terrae aggere*, ponit enim aliquando Scriptura pro omnibus multis. Propterea et Abrahae dictum est: *Patrem multarum gentium posui te* (Gen 17, 5), cui tamen et alio loco (Gen 22, 18): *In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes*» (*De Civ. Dei* XX, 23, 2, *PL* 41, 700).

Quamquam ultima ratio ad rem non facit, tamen recte iudicavit Augustinus aliquando *multos pro omnibus* ponit.

Quanti vero Augustinus ea faceret, quae alii ex quibusdam Danielis prophetiis de fine mundi concludenda censebant, dicemus numero sequenti.

2. *Messianica*

Inter prophetias Danielis messianicas maxime eminet quae « septuaginta hebdomadum » (9, 24-27) vocatur, atque iam antiquitus aliter ab aliis explicabatur.

a) Hanc quaestionem egit Augustinus praesertim in epistolis ad Hesychium episcopum, non tamen directe, cum Hesychius Augustinum consuluissest de tempore quo ex Scriptura futurum esset ut mundus finiret. Sunt autem epistolae: 197 Augustini ad Hesychium⁽⁴⁾, 198 Hesychii ad Augustinum⁽²⁾, 199 Augustini ad Hesychium⁽³⁾, quas praecesserat prima Hesychii ad Augustinum⁽⁴⁾, quae tamen non servata est cum ceteris.

⁽¹⁾ *PL* 33, 899.

⁽²⁾ *PL* 33, 901.

⁽³⁾ *PL* 33, 905.

⁽⁴⁾ Cf. *Ep.* 197, 1, *PL* 33, 899.

Hae omnes epistolae non sunt ante annum 419 vel 420 ineuntem conscriptae, cum Hieronymus, qui hic vocatur «sanctus» (*Ep.* 197, 1), proxime mortuus esset (419 vel 420) atque in postrema legamus: «A nativitate autem Domini hodie computantur anni ferme CCCCXX, a resurrectione autem vel ascensione eius anni plus minus CCCXC»⁽¹⁾.

Putabat cum aliis Hesychius suis temporibus diem finis instare: signa prophetica et evangelica iam completa adventum Domini proxime secuturum manifestare; ipsum adventum desiderare atque diligere iuxta 2 Tim 2, 4 magnam beatitudinem esse. Inquirebat quoque in numerum annorum qui mundo reliqui essent, si tamen is cognosci potuisset, prophetia hac Danielis potissimum inquisita, quam ipse non priore Christi adventu completam, sed altero complendam censebat.

Augustinus omnino tenet Danielis hebdomadas iam priore Christi adventu adimpletas esse.

«Ego enim maxime illud de hebdomadibus Danielis secundum [= relate ad] tempus, quod iam transactum est, intellegendum puto; nam de Salvatoris adventu, qui exspectatur in fine, tempora dinumerare non audeo, nec aliquem prophetam de hac re numerum annorum existimo praefinis»⁽²⁾. Hanc sententiam dicit alio loco «pluribus» visam esse⁽³⁾, paulo post subdens nescire se «quemadmodum possit ostendi» numerum annorum Danielis ad secundum Domini adventum referri. Atque⁽⁴⁾ sententiam contrariam cum Hieronymo⁽⁵⁾ temeritatis notat.

Suam vero sententiam Augustinus ex aliquibus Scripturae locis probabat, in quibus Act 1, 7, qui falso ita in eius codice sonabat: *Nemo potest cognoscere tempora.... quae Pater posuit in sua potestate*; Hesychius rescribens iam notavit: «In antiquissimis libris Ecclesiarum non ita scriptum est: *Nemo potest*, sed scriptum est: *Non est vestrum nosse tempora* etc.»⁽⁶⁾, ut est in Vulgata.

Sed difficultatem ex Evangelii protulit Hesychius: «Quomodo... mysterium hebdomadarum sit impletum usque ad nativitatem et passionem Christi, admiror, cum illud: *In dimidio hebdomadae* propheta

⁽¹⁾ *Ep.* 199, 20, *PL* 33, 911.

⁽²⁾ *Ep.* 197, 1, *PL* 33, 899.

⁽³⁾ *Ep.* 199, 19, *PL* 33, 911.

⁽⁴⁾ *Ep.* 197, 5, *PL* 33, 901.

⁽⁵⁾ In *Dan* 9, 24 ss., *PL* 25, 548.

⁽⁶⁾ Apud Augustinum *Ep.* 198, *PL* 33, 901.

loquitus est dicendo: *In dimidio hebdomadae tolletur sacrificium meum, et supplicatio, desolationum interitus, et ad sacrificium abominatio.* Haec ergo abominationis, si iam completa fuerat, quomodo Dominus monet et dicit (Mt 24, 15): *Cum videritis abominationem desolationis, quod dictum est per Danielem prophetam (Dan 9, 27), stantem⁽⁴⁾ in loco sancto, qui legit intellegat?* »⁽⁵⁾. Aliis verbis: Quod prophetavit Daniel futuram esse in templo abominationem desolationis (9, 27), Christus in sermone eschatologico ad finem mundi retulisse videtur: *Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto — qui legit intelligat — tunc qui in Iudea sunt fugiant ad montes etc.* (Mt 24, 15 s. Vulg.). Non ergo prophetia de 70 hebdomadis, quacum et mentio fit de abominatione desolationis, referenda est ad priorem Christi adventum.

Locum Matthaei non de fine mundi, sed de urbis Ierusalem excidio intellegendum esse iam affirmavit Augustinus, ad Hesychium respondens (*Ep. 199* passim), idemque latius et luculentius recens probatum est⁽³⁾. Sed S. Doctor id cum obiectione ab Hesychio initio epistolae suaee proposita non conexusit; tantum dixit: « Miror si per prophetiam Christi destruitur prophetia Danielis »⁽⁴⁾.

Ac primum quidem interpretationem de Danielis loco exponit: « Proinde tota quaestio est, utrum Danielis hebdomades primo adventu Domini impletae sint, an finem saeculi prophetaverint, an ad utrumque pertineant. Neque enim qui etiam hoc saperent defuerunt, dicentes tempore primi adventus Christi esse completas, et inde usque ad finem saeculi totidem rursus esse complendas. Evidem video quia, si primus eas non complevit adventus, necesse est ut secundus eas compleat, quoniam prophetia illa non potest esse falsa: quae si tempore primi adventus impleta est, non cogit intellegi quod etiam de fine saeculi implebitur.... Relinquitur itaque, ut qui vult cogere istam prophetiam credi saeculi fine complendam, contendat quantum potest et ostendat, si potest, primo adventu Domini non fuisse completam, contra tot expositores divinorum eloquiorum [Augustinus hos cognoscere poterat saltem ex Hieronymi Comm.], qui hanc, non solum computatione tem-

⁽⁴⁾ In Vulgata, atque in textu graeco, *stantem* clare refertur ad *abominationem*.

⁽⁵⁾ *Ep. 198, 7, PL 33, 904.*

⁽³⁾ A. VACCARI, *Il discorso eschatologico nei Vangeli* in *ScCatt* 68 (1940 I) 5 ss., praesertim p. 14 et 17.

⁽⁴⁾ *Ep. 199, 19, PL 33, 911.*

tolletur sacrificium meum,
sacrificium abominationis.
erat, quomodo Dominus
ominationem desolationis,
(Dan 9, 27), stantem (¹) in
verbis: Quod prophetavit
hem desolationis (9, 27),
mundi retulisse videtur:
ae dicta est a Daniele
intelligat — tunc qui in
15 s. Vulg.). Non ergo
ntio fit de abominatione
i adventum.

sed de urbis Ierusalem
gustinus, ad Hesychium
et luculentius recens pro-
pone ab Hesychio initio
m dixit: « Miror si per
elis » (⁴).

Danielis loco exponit:
bdomades primo adventu
averint, an ad utrumque
rent defuerunt, dicentes
s, et inde usque ad finem
em video quia, si primus
secundus eas compleat,
quae si tempore primi
d etiam de fine saeculi
cogere istam prophetiam
antum potest et ostendat,
completam, contra tot
s hos cognoscere poterat
solum computatione tem-

n clare refertur ad abomi-

angeli in ScCatt 68 (1940 I)

porum [chronologia], verum etiam rebus ipsis [factis ipsis historicis] completam fuisse demonstrant, maxime quod ibi scriptum est: *Et ungetur sanctus sanctorum* (Dan 9, 24); vel propter quod in eadem prophetia hebraei codices expressius habent: *Occidetur Christus et non erit eius* (v. 26), id est non erit eius civitatis, quoniam sic alienatus est [= recusatus, non habitus ut Messias] a Iudeis; qui eum propterea Salvatorem Redemptoremque suum non esse crediderunt, quia occidere potuerunt» (⁴). Ergo secundum S. Doctorem Iudei Iesum Nazarenum ideo non ut Christum receperunt, quia occidere potuerunt, cum tamen ipsius occisione adimpleretur prophetia, qua eius missio messianica comprobabatur.

Ac sequitur: « Neque enim in fine saeculi ungendus aut occidendum est Christus, ut ista prophetia Danielis tunc exspectetur impleenda, quae [= si] nondum creditur impleta » (²).

b) Postea vero Augustinus obiectionem resumit ab Hesychio ex sermone Christi eschatologico propositam: « abominationem desolationis » tempore quo Christus loqueretur nondum impletam videri; cum ab ipso Domino consideraretur futura: *Cum videritis* etc.

Sanctus Doctor, arcta instituta collatione inter tres synopticos (³) concludit hoc Danielis praedictum de abominatione desolationis non fuisse ante passionem Domini completum, sed demum urbe Ierusalem eversa. « Non est... cur putemus hebdomas prophetae Danielis.... illo iam tempore non fuisse completas, sed in fine saeculi esse complendas. Non enim ante passionem Domini impletæ sunt. Quod qui putant, rectissime tua sententia refelluntur.... Qui autem [= quod autem quidam] dicunt... tunc fuisse factam quando eversa est Ierusalem... quid eis respondeatur videre debent, qui in fine saeculi vel circa finem existimant haec futura; quamquam ipsa desolationis abominatione propter obscuritatem dicti non uno modo ab hominibus potuerit intelligi » (⁴).

Ex quo concluditur Augustinum affirmare Danielis vaticinium iam esse impletum; illa autem « abominatione desolationis » quid proprie fuerit eum definire noluisse, vel non potuisse.

Numero autem « 70 hebdomadum » putat Augustinus designatum esse non indefinitum aliquod, sed certum tempus, quod a Daniele ad

(¹) Ep. 199, 21, PL 33, 912.

(²) Ep. 199, 21, PL 33, 912.

(³) Ep. 199, 25-30, PL 33, 944 ss.

(⁴) Ep. 199, 31, PL 33, 916.

Christum intercessit) « Si, supputatis etiam temporibus hebdomadum, ille numerus (70 hebdomad.) pertractetur, non solum Christus, sed etiam tempus reperitur, quo eum oportuit venire passurum » (¹). « Daniel etiam tempus, quo venturus fuerat Christus atque passurus, numero definitivum annorum, quoque longum est computando monstrare, et ab aliis factitatum est ante nos » (²).

(bius c) (Prophetiam de « Filio hominis » (Dan 7, 13 ss.) recolit Augustinus, tantum cum ex Evangelio nullum dubium sit quin ea de Christo sit intelligenda; antiquus vero dierum (v. 9) augustissimae Trinitatis prima persona est Fausto Manichaeo, qui affirmabat se nullum de Christo testimonium apud prophetas invenisse, quamvis « attentius eos et curiosissime » legisset (³), potiores prophetias allegat, in quibus etiam hanc ex Daniele: « Quis non eundem Salvatorem agnoscat apud Danielem, cum antiquo dierum offertur Filius hominis, et accipit regnum sine fine, ut serviant ei omnes gentes? » (⁴).

Similiter lib. XVIII. *De Civitate Dei*, maioris ponderis prophetias commemorans: « Dei potestate... eius [Christi] et gloria sic loquutus est [Daniel]: Videbam, inquit, in visu noctis, et ecce cum nubibus caeli, etc. (7, 13, 14) » (⁵).

(d) Aliae prophetiae sunt de Ecclesia christiana deque illius universalitate, qua totum mundum conquisitura est.

Quod significatum invenitur praecipue in illo monte, qui ex parvo lapide factus est, ut somniavit Nabuchodonosor, Daniel vero, somnio explicato, revelavit: Videbas... donec abscessus est lapis de monte sine manibus et percussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus et comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, aes.... lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, et implevit universam terram (Dan 2, 34-35). Sanctus Doctor unitatem Ecclesiae inculcans, quam Donatistae acerbe discindebant, vel universalitatem affirmans, quam illi negabant, ait: « Propterea populi confitebuntur tibi (Ps. 44, 18). Quid ergo prodest confiteri et extra templum confiteri? Quid prodest precari et in monte non precari? Voce mea, inquit, ad Dominum clamavi, et exaudivit me de monte sancto suo (Ps. 3, 5). De quo monte? De quo dictum est: Non potest civitas abscondi supra

(¹) C. Faustum Man. XII, 44, PL 42, 278.

(²) De Civ. Dei XVIII, 34, 1, PL 41, 593.

(³) C. Faust. Man. XII, 1, PL 42, 253.

(⁴) C. Faust. Man. XII, 44, PL 42, 277.

(⁵) De Civ. Dei XVIII, 34, 1, PL 41, 595.

montem constituta (Matth 5, 14). De quo monte? Quem vidit Daniel ex parvo lapide crevisse, et fregisse omnia regna terrarum, et implevisse faciem terrae. Ibi adoret qui vult accipere etc. »⁽¹⁾.

Lapis qui de monte praecisus est « sine manibus » Christus est de gente Iudea virginaliter egrediens, mons qui inde enascitur eius Ecclesia. « *Qui odit fratrem suum in tenebris ambulat et nescit quo eat; quoniam tenebrae excaecaverunt oculos eius* » (1 Io 1, 11). Quid tam caecum quam isti [Donatistae], qui oderunt fratres [catholicos]? Nam ut noveritis quia caeci sunt, in montem offenderunt... Nonne lapis iste qui praecisus est de monte sine manibus, Christus est de regno Iudeorum sine opere maritali? Nonne ille lapis confregit omnia regna terrarum, id est omnes dominationes idolorum et daemoniorum? Nonne lapis crevit et factus est mons magnus, et implevit universum orbem terrarum? Numquid digito ostendimus istum montem, quo modo ostenditur hominibus tertia luna? Verbi gratia, quando volunt homines videre lunam novam dicunt: Ecce luna, ecce ubi est; et si sunt ibi qui non valeant intendere aciem, et dicant: Ubi? intenditur illis digitus ut videant. Aliquando dum erubescunt ne caeci putentur, dicunt se vidisse quod non viderunt. Numquid sic ostendimus Ecclesiam, fratres mei? Nonne aperta est? Nonne manifesta? Nonne obtinuit omnes gentes? »⁽²⁾.

Similia habes alio loco: « *Iamvero in quinta [mundi] aetate.... Daniel vidit lapidem praecisum de monte sine manibus et confregisse omnia regna terrarum et crevisse illum lapidem et factum esse montem magnum, ita ut impleret universam faciem terrae. Quid apertius fratres mei? Lapis de monte praeciditur: ipse est lapis, quem reprobarerunt aedificantes, et factus est in caput anguli. De quo monte praeciditur, nisi de regno Iudeorum, unde Dominus noster Jesus Christus secundum carnem natus est? Et praeciditur sine manibus, sine opere humano, quia sine amplexu maritali de virgine exortus est. Mons ille unde praecisus est non impleverat universam faciem terrae, non enim tenuerat regnum Iudeorum omnes gentes. At vero regnum Christi universum orbem terrarum cernimus occupare* »⁽³⁾.

IOANNES RINALDI, a Somascha.

(1) *Enarr. in Ps. 44, 18, n. 33, PL 36, 513.*

(2) In *Ep. Ioh. tract. I, 23, PL 35, 1987*; cf. quoque *Contra litt. Petit. II, 38, 91, PL 43 292.*

(3) In *Io. Ev. tract. IX, 15, PL 35, 15.*